



Nova Hispania et nova Galicia.

<https://hdl.handle.net/1874/430082>



NOVA HISPANIA,
ET
NOVA GALICIA.

NOTARVM EXPLANATIO

Circa Mexico	1. Estapulco	2. Tlapacapan	3. Chalcontingo
4. Xiquipico	5. Guaytlan	6. Ixtapalapa	7. Circa Colimam
8. Veracruz	9. Calaca	10. Mexicalcingo	11. Scationem
12. Otilitepec	13. Chiconautla	14. Calaca	15. Coahuatlan
16. Minicapa	17. Texcoco	18. Nichiquipico	19. Tepehuacana
			20. Agnacapan

Milliaria Hispanica.

Guiseimus (Blacuw) excudit.

4546.

H I S P A N I A.

Vera Cruz.

Verae crucis oppidum, vulgo *Vera Cruz*, loco infalubri, sed commerciis oportuno, quippe qui vicinum habeat munitissimum Novae Hispaniae portum S. Ioannes de Vllloa, ubi classis Hispanicae & onera sua exponere, & rursus accipere consueverunt. Portus hic exiguae insulae objectu, & valido castello permunitus ab hostilibus navibus defenditur; ob crebra vadorum brevia & reciprocantes maris aestus ingressu difficilis; & ob infeltes submersum Septembrem & frequentes Aquilones nequam tutus, nisi naves validis catenis, & rudentibus ad murum, qui ad Insulam: latus meridionale è vivo saxo extructus, fortiter alligentur.

Guaxaca.

Tlaxcalensem Episcopatum ad ortum & meridiem excipit Guaxacensis, sub qua non modo Guaxaca provincia, sed & utraque Misteca, Tutepeque, Zapoteque, & Guazacoalco provinciae comprehenduntur. Primi varia hujus provinciae civitas est Antequera, magnifico cathedrali templo ornata, ceterum rarius habitata. Dein S. Ili-fonsi oppidum intra Zapotecarum limites, & ipsum infrequens ob vicinorum barbarorum ferociam. Tertio Nexapa five S. Iacobi municipium, à paucis praefidiariis potius, quam colonis habitatum. Quarto urbs S. Spiritus in provincia Guazacoalco tribus à mari Septentrionali leucis. Ad hanc provinciam pertinet Guatulco portus ad mare pacificum, commerciis cum Peruanis frequens, sed nullis operibus munitus. quare oppidulum quod illi affidet; jam bis ab Anglis captum, & spoliatum fuit.

Iucatan.

Iucatan peninsula est, forma pene triangulari, cujus basis centum pene leucis inter ortum & occasum ad mare Septentrionale extenditur; latera autem in conum desinunt, ubi à duobus sinibus pene à continente dirimuntur. Aeris in hac regione temperies humida & praefervida, tota montibus cingitur. Nullum frumentum Europaeo simile producit. Nulla quoque hic auri, aut alterius generis metalla. Incolae frequentes atque longevi. Primaria ejus civitas est Merida, habitatoribus infrequens. Secunda Valladolid: Tertia Campeche commerciis nobilis, à qua nomen accepit ligni quoddam genus, quo tinctorum utuntur. Quarta denique Salamanca, & portus ad mare Septentrionale, qui Sinal dicitur, neque oportunos, neque tutus. Nihil hic validum aut adversus hostes satis munitum, nisi quod vadofius circumcirca mare accessus fit difficilis.

Guatemala.

Guatemala provincia maritima est, uberrimo solo & mayri atque gossipii feracissimo. Praecipua hujus provinciae urbs & totius praefecturae caput est Guatemala, five S. Iacobi oppidum, in medio convallis condita inter duos Vulcanos, ager illius fertilis & amoenus: oppidani Hispanicae originis ab Herrera sexcenti numerantur praeter barbaros & servitia.

Nicaragua.

Nicaragua provincia ad Oceanum Pacificum sita, fines habet ad occasum provinciae praefecturae Guatemalensis, ad Septentrionem Honduram, ad Ortum five Eurum Costam Ricam; ad Meridiem mare. plano ut plurimum est solo: tritici quidem infecunda est regio, ceterum aliarum rerum locuples satis. Armentis vel maxime abundat. Metropolis est Legio, duodecim à mari Australi leucis. In agro illius centum xx millia barbarorum habitare dicuntur, omnes vegetales. Secunda Granada, ad locum illum ingentem sita, qui inter mirabilia hujus provinciae celebratur. Et cum non longe à mari Australi ordiatur, tamen in Oceanum Septentrionalem longo & angusto ductu abit. Tertia nova Segovia in mediterraneis sita circa locum, ubi in angustias se colligit, & fluminis instar ad mare devolvitur. Est & municipium Rejalejo haud longe à portu Possessionis, ut vocant, & mari Australi.

Atque omnes haec Provinciae, quas haecenus descripsimus, vulgo Novae Hispaniae nomine censentur, & amplissimos redditus quotannis regi Hispaniarum subministrant. Nam praeter argenti gazam, classe illa, quae quotannis è portu S. Ioannis de Vllloa solvit, in Hispaniam importantur preciosissimae merces, imprimis autem nobilissima illa cochenilla, & varia aromata, balsama, aliaque quantivis pretii. Tota autem regio ad hunc diem indigenis frequens est, quorum plurimi Christianam fidem amplexi jugum Hispanicum non admodum inviti ferunt; plurimi adhuc barbaris institutis mordicus adherentes pristinam ferociam & odium in advenas servant, inter quos Chichimecae omnium crudelissimi, & pugnacissimi, ingens damnum non raro tam Hispanis, quam illorum servitiis & subditis dederunt, & etiamnum dant.



NOVA HISPANIA.



Mexica Septentrionalis, quibusdam Mexicana appellatur, à principe totius urbe *Mexico*. Longitudo ejus est inter fretum Anian & Isthmum, quo Meridionalis ei annectitur. Latitudo eadem, quae universae. Dimidia ejus pars versus Occidentem aëstivum sita, introrsus plane incognita est. Quia & totum Boreale universae Americae latus, in quantum versus polum extenditur, prorsus latet. Altera vero pars in regiones dividitur complures, quarum nomina sunt, Canada, Nova Francia, Virginia, Florida, Nova Granada, California, Nova Hispania, quae nobilissima Americae Septentrionalis pars est, in varias provincias, & non unius bonitatis ac opulentiae divisa. Hujus pars, quae versus Septentriones vergit, & cum Florida ad Orientem conjungitur, Nova Mexicana vulgo audit, ad quam Hispani

superioribus annis varias expeditiones fecerunt, exiguo profectu, & magna cum clade hominum atque jumentorum. Ab hac ad meridiem primo sita est *Nova Hispania*, quae nulli totius Novi orbis regioni soli bonitate, & habitatorum frequentia cedit. Temperie aeris optima est, frugibus, tritico, mayzo, omni pecorum genere, aliisque ad humanam vitam necessariis abundans, excepto oleo & vino. Et quanquam in variis ejus tractibus aurum reperitur, tamen major argenti est copia, propter argenti fodinas plurimas. Sub hac praecipuae recensentur haec *Ejus provinciae regiones: Nova Galicia, Mechoacan, Mexicana, Iucatan, Guatimala, & Nicaragua.*

Nova Hispania. Regionis Iucatan. Ejus provinciae.

In Nova Galicia colonia ab Hispanis deducta sunt, *Compostella, S. Spiritus, Conceptio, S. Michael, Guadalajara, Culiacan.* Provincias complectitur varias, quarum nomina sunt, Guadalajara, Xalisco, Vxitipa los Zacatecas, Chiamella, Culvacan, Cinaloa, Nova Biscaia. Limitaneae sunt California, Cibola, Quivira, nova Mexicana. In Mechoacan, caput regionis est oppidum Mechoacan. Coloniae Hispanorum *Pascuar & Valliadolid*, egregia emporia, hoc etiam Episcopatu insigne. Inhabitantes eam barbari, quos Hispani Tarascos vocant, gens pro barbarorum captu etiam Episcopatu insigne. Inhabitantes eam barbari, quos Hispani Tarascos vocant, gens pro barbarorum captu etiam Episcopatu insigne. Inhabitantes eam barbari, quos Hispani Tarascos vocant, gens pro barbarorum captu etiam Episcopatu insigne.

Nova Galicia. Mechoacan.

Archiepiscopatus dignitate gaudet, qui inter *Los Angelos & Mechoacan* situs, à meridie in Austrum excurrit leucis 130, quibus continentur, provincia de Mexico, & in ejus Aquilonari parte *Teotlalpa, Meztilan, Xiloepeque*, & maxime remota *Panuco*, in Occidentali vero parte *Catelcingo*, ad Zephyronotum *Chalco*, & inde Austrum versus *Suichimiloo*, mox *Tlaluc*, & inter meridiem & Zephyronotum *Coyxca & Acapulco* situatam habet grad. 19 cum dimidio, longitud. grad. 103 à Meridiano Toletano, unde linea recta distat 1740 leucis, five horis Solaribus 8. Sita est urbs in medio duorum lacuum, qui eam undique cingunt. quorum alter aqua habet salis, propter fundum & vadum nitrosi, alter dulces & pisciferas, qui se in lacum salum exonerat. Singuli lati sunt leucas 5, longi 8, ambitu 33 leucarum. Tribus locis urbem permeant egregia latitudine. Cives Castellanos habet 4000, & supra 30000 domos Indorum, idque in quinque urbis partibus, in quas vigente hic paganismo distributa fuerunt, quas hodie vocamus *S. Iuan, S. Maria la redonda, Sant Paulo & S. Sebastian*, praecipua autem pars est *Tlatelulco*, quam Hispani *Sant Iago* vocant.

Mexicana. Ad eam pertinens. Metropolis Mexico.

Sedes est Camerae Proregis, trium Camerae Praetorum, eorumque qui regii curam habent. Sunt quoque in hac, domus fusoria, & officina monetaria, necnon Archiepiscopatus metropolitanus, qui suffraganeos habet Episcopos *Tlafcala, Guaxaca, Mechoacana, nova Galitiae, Chiapa, Iucatan, Gualtemala, Verapaz, & Philippinarum.* Basilicae fundamenta jecit Ferdinandus Cortesius, & statuis lapideis, quae hodie spectantur, eam ornavit. At incepti operis fabricam absolvit Episcopus, & Novae Hispaniae gubernator, Sebastianus Ramirez de *Fuenleal*. Primus vero Mexici Episcopus fuit *Johannes de Zumagarra*, Franciscanus, qui primus quoque ejus loci Archiepiscopatum tenuit. Habet Mexicum coenobia Dominicanorum, Franciscanorum, Augustinianorum, Jesuitarum, Carmelitarum, Discalceatorum, Mercenariorum, Trinitariorum, Monialium decem, Collegium adolescentium Indorum generis, & aliud respicientium & Reconciliatorum: Academiam quoque, in qua artes & liberales scientiae accurate & erudite docentur, aliaque plura collegia & Xenodochia, etiam Sanctae Inquisitionis domum.

Praeter hanc Metropolim nulla alia oppida alicujus momenti recensentur, sed municipia multa, quae cum oppidis multitudine & frequentia certare possent, quae à paucis fere Hispanis, quamplurimis autem indigenis incoluntur. Praeterea in hac diacepsi numerantur jam olim 250 pagi, & supra 3000 villarum. (quas Hispani vulgo *Espanias* appellant) in quibus tamen superiori aëvo paulo plura, quam septem millia capita fuere censita. Ad *Portus Acapulco.*

Portus hujus provinciae, celeberrimus est portus *Acapulco*, navigationibus ad Philippinas, & Sinarum regnum nobilissimus, cum oppidulo haud magni momenti & arce satis debili, nisi forte superioribus annis Hollandicarum classium metu fuerit munita. Denique in hac diacepsi decem aut amplius argenti fodinae reperiuntur, cum suis municipiis, in quibus magnum servorum numerum operis fatigant Hispani. Archiepiscopatu Mexicano ad Septentriones *Panucos*, proxima est *Panuco*, in qua Hispani hodie tres colonias habent, quarum praecipua S. Stephani oppidum dicitur, & gentili nomine *Panuco*, à flumine, quod juxta oppidum in mare descendit, & portum aperit, neque ob brevia ingressu facilem, neque ob incerta ventorum fati tutum. Praecipuae oppidanorum opes in Salinis positae sunt. Nam *S. Iago*, praeter has vix quicquam illustre haec regio sortita est. Secunda est *S. Iacobi* oppidulum, quod à vallibus *de los Valles*, cognominatur. Tertia *Tampicea*, ad oram maris Mexicanae & ostium flum. Panuci. pauci hic Hispani degunt & *Tampicea*, cognominatur. Tertia *Tampicea*, ad oram maris Mexicanae & ostium flum. Panuci. pauci hic Hispani degunt & *Tampicea*, cognominatur.

Puebla de los Angelos. Segura de la Frontera.

Episcopatus, qui Mexicano Archiepiscopatu ad ortum praetenditur, eumque à Mexicano freto dirimit: à Tlaxcala nobili quondam inter barbaros republica ita dictus, licet plures provincias complectatur, quam Tlaxcalenses olim possederint. Quia autem Tlaxcalenses Cortesium potissimum in subjuganda Metropoli Mexicana adjuverunt, atque ultro se Hispanis subdiderunt, mitius cum ipsis ab Hispanis actum, atque à rege nullis vectigalibus, aut gravioribus oneribus premuntur. Primarium hujus provinciae oppidum *Puebla de los Angelos*, id est, Angelorum civitas, in solo frugum feracissimo situm, & jam olim à sexcentis circiter familiis Hispanorum habitatum. Praeter hoc in eodem Episcopatu censentur, *Segura de la Frontera*, in provincia, quae antiquitus *Topeaca* dicebatur, juxta viam, quae à Metropoli ad Verae Crucis oppidum ducit, situm. Ad maris autem Septentrionalis littus

Veræ

Veræ

CCCCCCC + P

AMERICA.

Veræ

Veræ

